magna humilitate percepit et habebat ita
uitate forme mercede quam multis animabus perdicio
fuerat. Frequentant quod insultabat fratres seni illi et
uix potuit persuadere quod ueniret ad ea(m)
Horribile nota — ea salutis sue que per admonitionem eius posset pec-
catum quod per eam fiebat emittere. Cum autem uenis-
set ad locum quandam ex notis eius uidens eum percellit (?)
et nuntiauit illi dicens: ecce frater tuus uenit
ad te. Illa autem pre gaudio relictis amatoribus
suis quibus ministrabat capite nudato ad occur-
rendum fratri egressa est. Cum quo reparauit (?) eum
amplecti dixit ei senex: soror mea karissima parce
anime tue quam propter te perierunt multi et quemadmodum
potes sufferre illa amara et eterna tormenta.
At illa contremiscens ait ad eum: Quis scis frater quod est mihi
salus uel amodo? Cui ille: si uolueris est salus.
Illa autem iactans se ad pedes fratris petebat ut
eam secum duceret in desertum. Cui frater: uade co-
operi caput tuum et sequere me. Cui illa: eamus frater.
oportet non me deformari inter homines nudo capite
ambulare propter quod officinam peccati mei iterum ingredior.
Dum autem pariter ambularent monebat eam ad penitentiam.
Videns autem quod quidam obuiabat sibi dixit illi: quoniam non
dum homines sciunt quod soror mea es paruum secede
de uia. Donec transeat et post transiisset illos uocauit
eam. Illa autem non respondit ei. Qui statim perquirens inuenit
eam iam mortuam et uestigia eius plena sanguine.
Erat enim discalciata. Cum autem senibus annuntiasset
fratrem contendebant inter se de [illegible] eius. Manifestauit autem deus
uni seni de ipsa eo quod cura illa fuit ei ita ne